quid de his infamibus uoluptatib. tam clarus atq; inclytus uir ſentiat publicet. E

Διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν γιγνομένην, ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται. οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφήν, ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου φάρυγγα εὔχετο ἔχειν. οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν οὐκέτι, ἢ διότι τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἅτε οὖν οὐσῶν κοινῶν ἀτιμόταταί εἰσι καὶ μάλιστα μόναι ἐπονείδιστοι. ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν, καὶ ἀκρατῆ, καὶ ἀκόλαστον λέγομεν. διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται. κατὰ δὲ τὰς ἄλλας, ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. ὁρῶν μὲν γὰρ ὁ λέων, ἢ ὀσφραινόμενος χαίρει. ὅτι ἀπολαύει, καὶ ὅταν πληρωθῇ οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ. ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους ὀσμή, ὅταν ἅδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν ἡδεῖα. ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα.

Quis igitur habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus iſtis duabus, coeundi atq; comedendi, q̃ homini cum ſue atq; aſino cõmunes ſunt, gratuletur? F Socrates q̃dem dicebat, hoĩes multos propterea uelle uiuere, ut ederẽt & biberent: ſeſe bibere atq; eſſe, ut uiueret. Hippocrates aũt diuina uir ſciẽtia, de coitu Venereo ita exiſtimabat. Partẽ eſſe quandã morbi teterrimi, quẽ noſtri comitialẽ dixerunt. Nanq; ipſius uerba hæc tradũtur: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν id eſt, coitum eſſe paruum morbum comitialem.

Coitꝰ eſt paruus morbꝰ comitialis.

morbū ſacrū

FINIS LIBRI SECVNDI.

Secundo huic libro ſuum deeſſe finem, & ſequenti item principium, id facilius perſpectu eſt, q̃ ut admonendus ſit lector. Si quid tamen lucis tantis addi tenebris queat, hanc librorum putem fuiſſe cohæretiam: In fine primi libri mentio facta erat de poeta Vergilio. Sed cum cœnæ tempus interpellaret, placitum fuit ſermonem eum reſeruari colloquio diei ſequentis. Quare cum ſecundus liber ea contineat, quæ dicta erant inter cœnandum, reſtabat, ut tertio ea quæ de Vergilio dicenda erant, explicarentur: quorum magnam certe partem deſiderari nemo non facile animaduerterit. Sed hæc deplorari à nobis poſſunt, emendari non poſſunt. G

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVſtris Saturnaliorum liber tertius.

Quam accurate Vergilius expreſſerit diuerſos ritus ſacrificandi. Caput .I.

Violatum cùm ſe noſſet Aeneas multa cæde pollutũ, ait: Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates. Me bello è tanto digreſſũ, & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine uiuo Abluero. Poſt Caietæ quoq; nutricis ſepulturam, quò potiſſimum nauigans appellitur, q̃ ad eam partẽ H per quam fluuio Tiberinus amœno in mare prorumpit, ut confeſtim in ipſo Italiæ limine fluuiali unda ablutus, poſſet q̃ puriſſimè Iouem Phrygiamq; ex ordine matrem inuocare. Quid, quod Euandrum aditurus per Tiberim nauigat, ꝙ eum eſſet reperturus Herculi ſacra celebrantẽ, ut ſic purificatus ſacris poſſet hoſpitalibus intereſſe? Hinc & Iuno ipſa cõqueritꝰ, nõ magis ꝙ Aeneam cõtigiſſet cõtra ſuũ uelle in Italiã ꝑuenire, q̃ ꝙ optato potiretꝰ Tibridis alueo: q̃a ſciret eũm hoc amne purificatum, poſſe ſacra etiã ſibi ritè ꝑficere. Nam ne ſupplicari q̃dem ſibi ab eo uellet. Nunc (qm̃ purificationẽ ad ſacra ſuperorꝝ ꝑtinentem deorꝝ, in Vergiliana obſeruatione mõſtrauimus) uideamus, utrum etiã circa inferorꝝ deorꝝ cultum proprietatem